

delle lettere scritte da loro al doge, al Consiglio ed al Comune di Venezia; e vi è commemorata la risposta, che diede loro la veneziana

» aliquatenus impediri. Ad que dictus do-
 » minus Dux per suas litteras nobis respon-
 » dens pro se et universitate, communi et
 » hominibus Venetorum, quod semper fue-
 » runt devoti Romane Ecclesie et fideles
 » et sic erunt in futurum, de mandato ven-
 » tentes quod accidit venerabili patri do-
 » mino episcopo Castellano dedimus in
 » mandatis, ut dictum dominum Ducem,
 » Consilium et Comune Venetiarum mo-
 » neret ac induceret ut nobis circa nego-
 » cium memoratum assisteret promptis au-
 » xiliis et favoribus opportunis ac ipsos au-
 » ctoritate apostolica moneat, ut per se vel
 » alios publice et occulte impedimentum
 » nullatenus prestarent, quominus dicta
 » civitas Ferrarie, Comitatus et districtus
 » ejusdem libere ad manus nostras nomine
 » Romane Ecclesie deveniret, nec domino
 » Frescho, qui tunc civitatem Ferrarie de-
 » tinebat occupatam et eorum sequacibus,
 » contra Romanam Ecclesiam et nos pre-
 » berent consilium, auxilium vel favorem.
 » Quibus monitionibus et mandatis supra-
 » scriptis dominus Dux respondit eidem
 » domino Episcopo, ut in primo. Demum
 » requisitis fidelibus Romane Ecclesie et
 » accedentibus cum exercitu versus Ferrar-
 » riam pro recuperatione ejusdem civitatis,
 » Veneti et Clugienses existentes notorie
 » in adjutorium domini Freschi contra
 » Romanam Ecclesiam et nos venientes in
 » animarum eorum periculum et sancte
 » Romane Ecclesie vituperium cum bale-
 » stris et aliis armis in nos et gentes no-
 » stras hostiliter iniverunt, continue nos et
 » Ecclesie Romane exercitum damnis et
 » injuriis afficiendo. Nos autem cum omni
 » mansuetudine volentes procedere cum
 » eisdem, tertio ipsos dominum Ducem et
 » Comune Venetum requisivimus per lit-
 » teras nostras, ut nobis per se vel alios non
 » prestarent impedimentum, quominus
 » prefata civitas Ferrarie ad dominium
 » sancte matris Ecclesie deveniret et quo-
 » minus eam libere et pacifice habere pos-
 » semus ac quod homines Venetie et de
 » Clugia et alios sibi subditos et subjectos
 » qui erant in Ferraria ad stipendium, seu
 » alias in servitium vel adjutorium domini
 » Freschi contra Romanam Ecclesiam et
 » nos, quocumque quesito colore, revoca-
 » re deberent, alioquin contra ipsos et con-
 » tra inobedientes intendebamus procedere
 » re justitia mediante, offerentes eisdem
 » pacta olim inita inter dominum Grego-
 » rium de Montelongo, ipsos et comune
 » Ferrarie integraliter observare. His ita-
 » que vilipensis et spretis, tamquam ino-
 » bedientie filii, nos et exercitum Romane
 » Ecclesie continue cum machinis, bale-
 » stris mortiferis et armis aliis impugna-
 » runt, non attendentes quod per alios no-
 » stros processus legitimis monitionibus
 » premissis sententias excommunicationis
 » protulimus in omnes dantes auxilium,
 » consilium et favorem domino Frescho ac
 » impediennes nos ac gentes nostras publi-
 » ce vel occulte quominus civitatem Ferrar-
 » rarie nomine Romane Ecclesie recupe-
 » rare possemus. Tandem divina favente
 » clementia, civitate prefata ad Romanam
 » Ecclesiam reducta, dominium ac nos ci-
 » vitatem ipsam Ferrarie nomine Romane
 » Ecclesie tenentes nobiles viros Delphi-
 » num Delphinum, Vitalem Michaëlem et
 » Joannem Sorantium, Andream Quer-
 » num, Enricum Ferrum, et Thomam Mi-
 » glanum et Bocattium nuncios et
 » ambasciatores Ducis et comunis Veneto-
 » rum qui Castrum Tedaldum, pontem
 » et Turrum ac burgum sancti Marci in